operam D) ut ad cetera in Vos nostramq Scholam cumu-
latissima beneficia etiam hoc addatis, atq iis, qui in-
praesentiarum partim de utilissimis Linguae Graecae stu-
diis, partim de Pandora Hesiodea, pro modulo pro-
fectuum et ingeniorum suorum verba sunt facturi,
aures ad auscultandum promptas aliquantisper lar-
giamini, eaq omnia, quae in medium proferent, licet
expectationi vestrae non ex asse satisfecerint, aequi
boniq consulatis.

Hac ita futurum E: ut et studiosa Juventus et ali-
unde advenientes candidi rerum nostrarum Aesti-
matores vestram erga Vos et humanitatis studia
propensam voluntatem ac benevolentiam haud possint
cognoscant, amplissimoq laudum praeconio et hic et
alibi locorum ad coelum usq extollant; quin imo
pari amore ac favore ea prosequi remis velisq,
quod ajunt, contendant.

Partium vero a Vobis, Patroni atq Evergetae Ho-
noratissimi, erit: ut benevolentiam adeo diffusam
suaeq deq simus habituri: ut potius omnem simus na-
vaturi operam: quo gratum nostrum animum ob-
sequiis officiisq quovis loco et tempore paratissimis
declaratum eamus. Id quod vel totius Gymna-
sii nostri nomine in hoc sermonis mei calce Vobis
omnibus ac singulis sanctissime polliceor atq pro-
mitto. S.

Dixi
Georgius Seberus
Gorl. Lusat.